Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift



30

quam ex uniuersis mundi partibus
reges partura conuenit. sicut et iam
euangelista commemorat. Regina austri
uenit a finibus terre. audire sapi
entiam salemonis. Venit eccla ad redemp
torem et eruditorem suum. ut de stul
ticia erroris doctrinam perciperet ueri
tatis. De qua plenius sicut audiuimus
regnorum scribit historia. ita dicens.
Ingressa regina ierlin cum multo
comitatu et diuitiis. cum camelis portan
tibus aromata. et aurum infinitum
nimis. et gemmas pretiosas uenit
ad salemonem. et locuta est ei uniuersa
que habebat in corde suo. Ergo in .IIII.
figura regine huius ecclesia uenit
ex gentibus et a finibus terre. imponens
finem cupiditatibus. uitiisque terrenis.
ut audiret sapientiam salemonis. idest